S I G I S M V N D V S

Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogithiæ Liuoniæq; &c. nec non Succorum Gottorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis & singulis Cum nobis per nonnullos Commissarios nostros expositum et legitime deductum esset non multo ante tempore, insolenti ac violenta Hungarorum per certas personas priuato consilio intra fines Regni euocatorum in Oppidum nostrum Lezaisko irruptione atroci impetu incolas partim oppressos et varijs modis tractatos, partim bona eorundem admodum attrita, & eidem furoris procella Priuilegia ac literas fundationum dotisq; Ecclesiæ Parochialis Tituli Sanctissimæ Trinitatis in eodem Oppido consistentis iuris Patronatus Religiosorum Fratrum Sepulchri Domini propriam sub signis ac proprio D. Augustini militiam profitentium Canonicorum Regularium Conuentus Miechouiensis, vna cum arcula in qua cum reliquis munimentis asseruabantur in igne abiectas et absumptas esse. Nihilominus tamen, cum ex depositionibus testium hominum fide dignorum factis coram Commissarijs ad hoc negotium a Reverendo Stanislao Siecinski Episcopo Præmisliensi pro munere et solicitudine pastorali delegatis (prout eadem Commissio latius permissa deducit.) liquide & indubitate constet, quæ bona, qui reditus, prouentus, & obuentiones antiquitus eidem Ecclesiæ aut pia antecessorum liberalitate collata sunt, aut per præfatum Nobilem Felicem Skarszewium Præpositum Lezaiscensem laudabili promouendi cultus diuini propensione legitime acquisita, et prædictæ Ecclesiæ perpetuo adiuncta sunt, aut aliquo iusto & debito titulo ad eandem Ecclesiam pertineat, supplicatum est nobis vt id pietati et Religioni Catholicæ pro summo nostro ad promouendam eam illiusq; cultum affectu daremus, vt literas eas omnes, quas violentus casus sustulit innouare dignaremur, sæpe enim iniquitas temporum multa, quæ piè et vtiliter constituta sunt corrumpit aut euertit. Eam ob rem indemnitati eiusdem Ecclesiæ consultum esse cupientes, cum inprimis ex depositionibus prædictis et minime suspectæ fidei virorum diligentiq; commissariorum inquisitione, certum & indubitatum sit. PRIMO quod Prædium in fundo veteris Ciuitatis Lezaiscensis, cum agro eidem adiuncto in fundo nominato Kacich dicto consistens quantitate lanei attingenti ITEM particulam agri cum prato eidem annexo vulgo na Berkach, quæ a pascuis Capitanealibus protensa ad agrum Wladicæ Rutheni attingit, longitudinis aliquot stadiorum: eidem agro annexa sunt pascua ITEM. Ad molendinum sub antiqua Ciuitate situm medium laneum agri consistentem nec non quinq; colonos seu subditos qui labores equis bis singulis septimanis Præposito obire tenentur ibidem hortulanos septem qui etiam bis pedester labore ex antiquo qualibet hebdomada obligantur alios etiam in fundo solummodo Ecclesiastico inhabitantes vulgo Chalupnikow sex qui semel in hebdomada laboribus obstricti sunt; pleno et legitimo iure antiquitus ad eandem Ecclesiam Lezaiscensem tituli Sanctæ Trinitatis pertinuisse et pertinere. Nec non prædiolum prope posituram versus a præfato Felice Skarzyszemio nouiter ad Ecclesiam eandem temporibus perpetuis adiunctum; cui annexæ sunt tres agrorum particulæ antiquitus Ecclesiam concernentes inter agros ex vna quidem Cielcowa rola dicta ex altera vero Wladicæ partibus sitæ in longitudine ad campos usq; Geratowskie nuncupatos se se extendentes ITEM. quartam lanei partem in fundo dicto Siedliska existentem vltima voluntate ab honesto et Gregorio Gocal ad pios vsus donatam cuius quod agri medietas, Ecclesiæ, altera vero xenodochio Lezaiscensi inscripta est ita tamen vt censum ex medietate hac xenodochio Præpositus Lezaiscensis pro tempore existens tres nimirum florenos polonicales singulis annis xenodochio vel ipsius Administratoribus citra tamen præiudicium pauperum soluere teneatur ITEM. Duas particulas agri vulgo dwie Ciwierci per eundem Præpositum non multo ante tempore coemptas et pro cantu psalmorum Karsz dicto legitime et officiose inscriptas, vnam quidem sitam in fundo Siedliska Fiedrakowska nominatam, alteram vero in fundo Katy dicto inter agros ex vna quidem parte curiales ex altera vero Proboszczowska nuncupata consistentes alias Deikowska rola nazwana ITEM. fundum certum vulgo Obszarek post lacus inter locum Struga appellatum ac campum alias Blonie ITEM. Alium fundum vulgo Lazek Molendinatoris Lezaiscensis pietate præposituræ perpetua donatione attributum. ITEM. Hortum pro oleribus et vsu domestico extra portam Ciuitatis penes hortos Ciuiles situm, aream quoq; pro piscina comoda consensu Ciuitatis totius Præposito Lezaiscensi moderno et pro tempore existenti iure perpetuo donatam et assignatam: ita tamen ne Præpositi aquationem equorum et iumentorum locionemq; alias prauia prohibeat ITEM. Quatuor stagna seu lacus alias Lezior primus Osinskie alius Gebalinskie tertius Balwierskie, quartus Proboszczowskie Leziora appellata antiquitus sed iam minus nunc vsui sunt in prata aliquando conuerti poterunt ITEM. liberam in fluuio San piscationem Præterea decimas manipulares ex prædijs Capitanealibus ex Prædio nimirum W Tarnawce in veteri Ciuitate et Wierzawice idque omnis grani et seminis ITEM. Ex melle et pellibus marsurinis vulgo Kunie decimas. ITEM. Manipulares decimas omnis itidem grani et seminis ex tribus laneis aduocatialibus veteris Ciuitatis nec non ex Aduocatijs in villa Dembno et Piskorowice consistentibus Præterea Missalia ex villis Wierzawice et veteri Ciuitate Kurzelowka Iedlna et Siedlance Dembno, eademq; Missalia veteri instituto et more ex medio quolibet laneo semialterum modium siliginis et totidem auenæ Præposito Lezaiscensi pro tempore existenti dari consueuerunt quod debet ex ipsa fundationis origine dabantur. Nec non Missalia ex agris Sculteorum et Selectorum vulgo Wybrancow quæ iuxta antiqua Regestra, et pietati consona consuetudine Sculteti et Selecti dare tenebantur, et dabant Præposito eius Ecclesiæ ITEM. Liberam molituram in molendinis Capitanealibus citra vllam solutionem aut aliqua onera ITEM. Liberam lignorum incisionem ad focum et vsum domesticum citra tamen iacturam nobiliorum arborum insuper libera in campis et sylvis pascua et pascendorum iumentorum facultate. Postremo traiectum seu nauigium alias Przewoz sub villa Rzuchow situm vna cum duobus colonis ad nauigia et traiectiones a præfato Præposito locatis cum certis agrorum portionibus a Magnifico Luca Opalinski Castellano Poznaniensi Capitaneo vero Lezaiscensi pro decantatione Officij Beatissimæ Virginis alias Kursz in laudem summi Dei ac honorem Sanctissimæ Saluatoris nostri Matris ab eodem Magnifico Castellano et Præposito prædicto instituta prout ea donatio quam pro rata haberi volumus latius deducit Atq; cætera minoris momenti quæ hic singula examinare non videbatur ad eandem Præposituram Lezaiscensem tam ex benignitate Antecessorum et proborum virorum pietate quam Pastorum Ecclesiæ eiusdem studio collata et incorporata et iure legitimo acquisita et adiuncta, ea omnia optimo iuris titulo pertinuisse et iuris Ecclesiæ huius fuisse et esse constat. In quorum omnium ac singulorum fundorum agrorum, hortorum, arearum, stagnorum, subditorum, comodorumq; et prouentuum cæterarumq; obuentionum et attinentiarum quarumvis pacifico vsu et possessione Prædecessores moderni Præpositi et ipse modernus Præpositus sine cuiusuis impedimento et contradictione fuerat, ysdemq; omnibus et singulis bonis et immunitatibus libere vtebatur fruebaturq;. Nos itaq; tam piæ et æquitati adeo consentaneæ supplicationi benigne annuentes literas eas fundationum et dotis Ecclesiæ Lezaiscensis quæ amissæ sunt innouandas esse censuimus prout loco deperditarum damus præsentes innouamus Ecclesiamq; prænominatam ad Præpositos Lezaiscenses pro tempore existentes circa eorum omnium possessionem vsum et iura libertates et prærogatiuas obuentionesq; quocunq; iusto iuris titulo ad prædictam Ecclesiam pertinuerit vel pertineat conseruamus et relinquimus Serenissimiq; Successores nostri in perpetuum conseruabunt eaq; omnia supernis expressa in omnibus punctis, contentis et conditionibus quantum iuris ratio permittit et vsus eorum habetur approbamus, confirmamus et rata esse haberiq; volumus, et non secus atq; ipsas originales robur habere præsentes literas decernimus. Iuribus nostris Regalibus, Reipub. et Ecclesiæ Catholicæ saluis manentibus In cuius rei fidem præsentes manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri mandauimus. Datum Varssauiæ in comitijs Regni generalibus die prima Iunij Anno Domini M. DC. XVI. Regnorum nostrorum Poloniæ XXIX Sueciæ XXIII Anno.

Sigismundus Rex

Albertus Smolensky

S I G I S M V N D V S

Tertius Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogithiæ Liuoniæq; &c. nec non Suecorum Gottorum Vandalorumq; Hæreditari' Rex.
Significamus pñtibus lrãs nrãs quorum interest vniuersis & singulis Cum nobis per nonnullos Commissarios nros expositum et legitte deductum esset non multo ante tempore, insolenti ac violenta Hungarorum per certas personas priuato consilio intra fines Re-
gni euocatorum in Oppidum nrum Lezaisko irruptione atroci impetu incolas partim oppressos et varijs modis tractatos, partim bona eorundem admodum attrita, & eadem furoris procella Priuilegia ac lrãs fundationum dotisq; Eccl[ae] Parochialis Tituli SS.mæ
Trinitati in eod Oppido consisten iuris Patronatus Relligiosor Frum Sepulchri Dni ptam sub signis ac pfto D. Augustini militiam profitentiu Canonicor Regularium Conuentus Miechouien, vna cum arcula in qua cum reliqs munimentis asseruabantur in igne
abiectas et absumptas ee. Nihilominus tn, cum ex depositionibus testiu hominum fide dignorum factis coram Comissarijs ad hoc negotium a Rndo Stanislao Siecinski Epo Præmislien p munere et solicitudine pastorali delegatis (prout ead Comissio latius pmis-
sa deducit.) liquide et indubitate constet, quæ bona, q reditus prouentus, & obuentiones antiquitus eidem Ecclæ aut pia antecessor liberalitate collata sunt, aut p pfatum Venerabilem Felicem Skarszeuium Præpositum Lezaiscen laudabili promouen cultus Diui-
ni propensione legitte acquisita, et pdictæ Ecclæ perpetuo adiuncta sunt, aut aliquo iusto & debito titulo ad eandem Ecclam pertineat, supplicatum est nobis vt id pietati et Religioni Cathcæ pro summo nro ad promouendam eam illiusq; cultum affectu da-
remus, vt lrãs eas omnes, quas violentus casus sustulit innouare dignaremur, sæpe enim iniquitas temporum multa, quæ pie et vtiliter constituta sunt corrumpit aut euertit. Eam ob rem indemnitati eiusdem Ecclæ consultum ee cupien, cum inprimis ex depositionibus pbatæ
et minime suspectæ fidei virorum diligentiq; commissarior inquisitione, certum et indubitatum sit. PRIMO qd Prædium in fundo veteris Ciuitatis Lezaiscen, cum agro eidem adiuncto in fundo nuncupato Kaciech dicto consisten quantitate lanei attingenti ITEM.
particulam agri cum prato eidem annexo vulgo na Borkach, quæ a pascuis Capitalibus ptensa ad agru Wladicæ Rutheni attingit, longitudinis aliquot stadior: eidem agro annexa sunt pascua ITEM. Ad molendinum sub antiqua Ciuitate situm medium
laneu agri consisten nec non quinq; colonos seu subditos q labores equis bis singulis septimanis Præposito obire tenentur ibidem hortulanos septem q etiam bis pedester labor ex antiquo qualibet hebdomada obligantur alios etiam in fundo solummodo Ecclæ sito in-
habitan vulgo Chalupnikow sex qui semel in hebdomada laboribus obstricti sunt; pleno et legitto iure antiqtus ad eandem Ecclam Lezaiscen tituli Sanctæ Trinitatis ptinuisse et ptinere. Nec non prædiolum Ppositura versus a pfato Felice Skarzyszeuio noviter ad
Ecclam eandem tporib ppetuis adiunctum; cui annexæ sunt tres agror particulæ antiqtus Ecclæm concernen inter agros ex vna qdem Cielcowa rola dict ex alta vo Wladicæ partibus sit in longitudine ad capos vsq; Geratowskie nuncupat se se extenden ITEM.
quartam lanei parte in fundo dicto Siedliska existentem vltima voluntate ab honesto et Gregorio Gocal ad pios vsus donata cuius qd agri medietas, Ecclæ, alta vo xenodochio Lezaiscen inspta est ita tn vt censum ex mediete hac xenodochio Ppus Lezaiscensis
p tpe existens tres nimirum florenos poloniæ singulis annis xenodochio vel ipsius Administratorib citra tn præiudiciu pauperu soluere teneatur ITEM. Duas particulas agri vulgo dwie Cwierci p eund Præpum non multo ante tpe coemptas et p cantu psalmor
Kursz dicto legitte et offose inscriptas, vna qd sittam in fundo Siedliska Fiedrakowska nominata, altera vo in fundo Katy dict int agros ex vna quidem parte curiales ex altera vero Probosczowska nuncupata consistent als Deikowska rola nazwana ITEM.
fundum certum vulgo Obszarek post lacus inter locu Stracz appelatu ac campu als Błonie ITEM. Alium fundu vulgo Łazek Molendinatoris Lezaiscen pietate Ppositura ppetua donatione attributu. ITEM. Hortum pro oleribus et vsu dome-
stico extra portam Ciuitatis penes hortos Ciuiles sitt, aream quoq; p piscina comoda consensu Ciuitatis totius Prapo Lezaiscen moderno et p tpe existenti iure ppetuo donata et assignata: ita tn ne Prapi aquationem equor et iumentor locioneq; alias
prauia phibeat ITEM. Quatuor stagna seu lacus als Jezior primus Osniskie alius Gebalinskie tertius Balwierskie, quartus Probosczowskie Jeziora appellata antiqtus sed ij minus nunc vsui sunt in prata aliquando conuerti poterunt ITEM.
liberam in flumio San piscationem Pterea decimas manipulares ex pdijs Capitalibus ex Prædio nimir W Tarnawce in veteri Ciuitate et Wiezaice idq; omnis grani et seminis ITEM. Ex melle et pellibus marsurinis vulgo Kunie decimas. ITEM. Mani-
pulares decimas omnis itidem grani et seminis ex tribus laneis aduocatialibus veteris Ciuitatis nec non ex Aduocatijs in villa Dembno et Piskorowice consisten Præterea Missalia ex villis Wierzaice et veteri Ciuitate Kurzelowka Jedlna et Siedlance Dem-
bno, eademq; Missalia veteri [illegible] ritu et more ex medio quolibet laneo semialtero modiu siliginis et totidem auenæ Prapo Lezaiscen p tpe existenti dari consueuerat et debet ex ipsa fundationis origine dabantur. Nec non Missalia ex agris Sculteorum
et Selectorum vulgo Wybrańcow quæ iuxta antiqua Regestra, et pietati consona consuetudine Sculteti et Selecti dare tenebantur, et dabat Praposito eius Ecclæ ITEM. Liberam molituram in molendinis Capitalibus citra vlla solutiom aut aliqua onera
ITEM Libera lignor incisiom ad focu et vsu domestica citra tn tacturam nobilior arbor insup libera in campis et syluis pascua et pascendor iumentor facultate Postremo traiectum seu nauigiu als Przewoz sub villa Rzuchow situ vna cum duobus co-
lonis ad nauigia et traiectiones a pfato Prapo locatis cum certis agror portionibus a Magco Luca Opaliński Castellano Poznanien Capitco vo Lezaiscen pro decantatione Offij Beatissæ Virginis als kursz in laude summi Dei ac honorem Sanctissimæ
Saluatoris nostri Matris ab eod Magco Castellano et Prapo pdicto instituta put ea donatio quam p rata haberi volumus latius deducit Atq; cætera minoris momenti q hic singula examinare no uidebatur ad eandem Præposituram Lezaiscen
tam ex benignite Antecessor et pbor uiror pietate quam Pastor Ecclæ eiusd studio collata et incorporata et iure legitto acqsita et adiuncta, ea omnia optimo iuris titulo ptinuisse et iuris Ecclæ huius fuisse et ee constat. In quorum omnium
ac singulorum fundor agrorum, hortor arearum, stagnor, subditor, comodorq; ac puentuu cæterarumq; obuentionum et attinentiar quarum pacifico vsu et possone Prædecessores moderni Prapi et ipse modernus Praptus sine cuiusuis impedimento
et contradictione fuerat, ijsdemq; omnibus et singulis bonis et immunitatibus libere otebatur fruebaturq;. Nos itaq; tam piæ et æquitati adeo consentaneæ supplicationi benigne annuen lrãs eas fundationum et dotis Ecclæ Lezai-
scen quæ amissæ sunt innouandas ee censuimus put loco deperditar dam præsentes innouamus Ecclamq; pnominatam ad Prapos Lezaiscen p tpe existentes circa eorum omnium possem vsum et iura libertates et prærogatiuas
obuentionesq; quocunq; iusto iuris titulo ad pdictam Ecclam ptinuerit uel ptineat conseruamus et relinquimus Serenissiq; Succres nri in ppetuum conseruabunt eaq; omnia supernis expressa in omnibus punctis, contentis et conditionibus
quantum iuris ratio pmittit et vsus eor habetur approbamus, confirmamus et rata esse haberiq; volumus, et non secus atq; ipsas originales robur habere pñtes lrãs decernimus. Juribus nris Regalibus, Reipub. et Ecclesiæ
... Anno Dni M DC XVI Regnor nror Polo xxix Sueciæ vero A°

1. VI. 1616.



9.

[illegible] Ecclesia ante [illegible] S. Martini Pontifi[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Literis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Ad Praepturā Zeraiscensem

Nº 2.

§. 1. Jenii. 1646.
Privilegiū sup. Fundatione et redditus ad Eclā Zerayren. iniqua
Hungarorū manu sublatam nunc p. Sigismundū Reg. innovatū.
Ex chac. 24
Sub Num. 1

